

JOSEPHI STEPH. BEÜKY

DE FELSÖ PULYA

NOBILIS HUNGARI SZANTOVENSIS

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICÆ

DE

VERMIBUS

NASALIBUS

QUAM

Annuate Incluta

FACULTATE MEDICÆ

IN CELEBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE

BUDENSI

Pro laurea Doctorali, Privilegiisque Doctoralibus, per Regiam Universitatem Budensem conferri solitis, legitime impetrandis

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

submitta.

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS

PALATIO MAJORE.

DIE MENSIS SEPTEMB. M DCCCLXXXII.

BUDÆ

TYPIS CATHARINÆ LANDEKER, VIDUÆ.

EXCELLENTISSIMO

AC

ILLUSTRISSIMO

DOMINO DOMINO

ANDREAE

E COMITIBUS

H A D I K

D E F U T A K

INSIGNIS MILITARIS ORDINIS
THERESIANI MAGNAE CRUCIS
EQUITI, INCLYTI COMITATUS BA-
TSIENSIS SUPREMO COMITI, SACRATIS-
SIMAE CAESARAE ET REGIO - APOSTO-
LICAE MAIESTATIS ACTUALI INTIMI
STATUS CONSILIARIO, EXCELSI CON-
SILII AULAE BELLICI PRAESIDI, GE-
NERALI CAMPI MARESCHALLO, ET UNIVS
LEGIONIS EQUESTRIS MILITIAE

COLONELLO

) (2'

MOECENATISUO GRATIOSISSIMO

HOC

PRIMUM STUDIORUM ACADEMICORUM

S P E C I M E N

IN

MAXIMAE VENERATIONIS ATQUE OBSERVATIONIS

DOCUMENTUM




AUTOR

EXCELLENTISSIME


AC

ILLUSTRISSIME


DOMINE COMES!




*M*agnum industriæ meæ fructum jam nunc retulisse me incredibili cum lætitia confiteri debeo, dum opusculum hoc meum in arte saluberrima primum glorioso TUO Nomini magnitudinis splendidissimæ dedicari gratiose sustines. Excellentissima illa TUA E potestatis dignitatisque amplitudo, in quATUA TE virtus me-



*ritaque immortalia collocarunt, ut optem
gratiamque T U A M implorarem, non de-
terrui animum, sed erexit incitavitque.
Videō enim, quod omnes, qui T E noverē,
vident, in illa T U A honorum dignitatum-
que excelsitate benevolentiam prorsus sin-
gularem, facilitatem admirandam, co-
mitatem jucundissimam pulcherrimo exem-
plo ita esse sociatam, ut colere ne an ama-
re T E magis oporteat, apud animos ho-
minum in ambiguo reliquisse videri de-*




beas. Si vel militarem bellicamque gloriam, qua TU pridem occupasti universam Europam, vel supremam illam auctoritatem, quam per omnes Imperii Austriaci partes circumtulisti, mente recognoscam, cultum et venerationem impetas. Si vero insignem et uni TIBI peculiarem animi benevolentiam, sincerissimum de aliis bene merendi studium, singularem humanitatem, et diffusam undique




celebratamque benignitatem animo reputem, iniquus in rem, et TIBI ipsi injuriosus esse videbor, nisi TE verissimo amore prosequar.

Ingentia illa innumeraque opera, quæ in omnem late Rempublicam, sago togaque contulisti, sapientia illa elegans, et politica, qua Daciam et Poloniam gubernasti, scientia illa militaris, qua in Germania aliisque regionibus triumphasti, illæ pacis bellique artes negotiosæ,

*quas in omnia Tribunalia adtulisti, TUA
illa prudentia qua Gentes omnes ad mira-
culum evexisti, indefessa illa solertia,
illa consiliorum promptitudo et maturi-
tas, illa TUA militaris severitas mira
mansuetudine temperata, TUA illa domi
militiæque præstita facinora communi po-
pulorum notitia, latissimis vocibus perpe-
tuaque prædicatione celebrantur. Quæ
potest esse ætas tam ingrata, quæ TUAM*




*in Principem fidem ardentissimam, TUUM
in Patriam amorem integerrimum,
TEAM in judiciis omnibus æquitatem in-
corruptibilem, celebrare imitarique de-
sinat? Erit hoc semper seculo nostro glo-
ria, quod posteritas omnis profiteri de-
beat, eum esse TE, qui ad omnia, que
recte facienda sunt, natus factusque sis,
qui fortissimis in bello Heroibus et Ducibus,
prudentissimis in Curia Arbitris, solertis-
simis in Aula Ministris, quos aliquando*




*fuisse meminimus, jure conferri, pal-
mamque possis deponere. Erit hoc sem-
per insigne, quod omnes honorum gradus
TUA virtute superaveris, et quo pacto
munera dignitatesque peti ac obtineri
debeant, inusitato documento ostenderis.*


*Majora illustrioraque sunt ista, quam
ut a me digne commemorari possint aut de-
beant. Hungaria, quæ TIBI Stemma ve-
tustum, inclytosque Natales dedit, Gens
nostra universa, quæ per TE novam*



*æstimationem, splendorem, et gloriam
immortalem est adeptam, atque in primis
Provincia Batsiensis, cui TU datus es
supremus Moderator et Comes, inter
summa beneficia numerare debet, quod
EUM possit suum dicere, in quo et na-
tura et industria tam varias excel-
lentesque virtutes et ornamenta splendi-
dissima deposuit. Nolo TE laudare, qui
supra omnem laudem es.*



*Accipe me Excellentissime Domine
Comes cum isto, quod TIBI devotus
offero, venerationis et amoris in TE mei
vestigali; habe me, ut TUA est gratia,
inter illos innumeros, qui TUO beneficio
sunt felices! Bene, beateque mecum actum
putavero, si abs TE Supremo meo Comite
benigne suscipiar, et gratiis ultro quo-
que, quamvis indignus, protegar. Autor
Naturæ Deus Optimus felicitati Publicæ,*



decori gentis Hungaricæ vitam viresque
TUAS cum ILLUSTRIS GENERE
TUO ut porro conservet, votis omnibus
precor

Excellentissimo Nomini Tuo

perpetuo devotus
Josephus Steph. Beüky.




VERMES NASALES.

GENUS.

Vermes in cavo narium, præ primis in sinibus frontalibus, haud raro hospitari, gravissimaque excitare symptomata hodie tam certum est, ut nemini in mentem veniat ea de re vel ambigere. At cuiusnam illi potissimum sint generis, non dum inter omnes convenit. Termetes alii se vidisse fatentur aut muscarum larvas; quandoquidem in muscas in casu WOHLEFAHRTII (a) abierint; J. SALZMAN-

(a) Vide curat. No 2

Nus (b) erucam sua in femina fuisse notat, &c. Sed si causas, a quibus proficiscuntur, expendamus, facile quisque dabit, non unius utique sed multiplicis profapix infecta hæc esse posse, prout illa eorumve ovula procatarticarum causarum varietas suppeditarit. Sic curculiones fuisse et FORESTUS (c) et HENCKEL (d) aliquando viderunt; scolopendram esse voluit suo in milite MALOET (e); et MONRO (f) vermem ab HILL acceptum, quem non nemo e naribus emunxit vivum, et aliquot inde adhuc horis superstitem, lenteque in mensa prorepentem, ac demum in  enectum, sesquipollicem circiter longum, scolopendram perinde esse rebatur, ut ut nulli LINNÆANÆ speciei ex æsse conferendam, miratusque est, vermes variis temporibus a variis observatoribus sibi transmissos, quos varii ægri e naribus emunxerant, ejusdem fuisse generis.

(b) Ibidem No 1.

(c) Ibidem No 5.

(d) Ibidem No 2.

(e) Ibidem No 4.

(f) Med. Comment. von Edinburgh 2 Th. 3
St. 3 Abschn. p. 319 sq.

N U M E R U S.

Verminosæ hujus progeniei non idem ubiqve est numerus. Multis unicus vermis e nari^l us excretus morbum solvit, ut concludere licuerit, haud plures adfuisse, ut in ANGELINI (g) Italo, viro WEIKARDI (h), vidua BEHRII (i), amico BENIVINII (k), matrona BLEGNYI (l), syphilitico FORESTI (m), puellis HERTODI (n) et SCHNEIDERI (o), cognato HILDANI (p), rustica LANGILOTTI (q) ac LANZONI (r), mulieribus LITTRII (s) et ZACHARIDIS (t), milite MALOETI (u), femina SALZMANNI (x), ac cive VERZASCHÆ (y), &c. Duos vero aluerunt DEGNERI (z) rustica et HENKELII (a) femina, 19 autem prodire e naribus senis apud WOHLFAHR-

- | | |
|-----------------------|-----------------------|
| (g) Vide prog. No 3. | (q) Vide curat. No 1. |
| (h) Ibidem. | (r) Vide prog. No 3. |
| (i) Vide curat. No 2. | (s) Vide curat. No 1. |
| (k) Vide prog. No 3. | (t) Ibidem. |
| (l) Ibidem. | (u) Ibidem No 4. |
| (m) Vide curat. No 5. | (x) Ibidem No 1. |
| (n) Ibidem No 4. | (y) Ibidem. |
| (o) Vide prog. No 3. | (z) Vide prog. No 3. |
| (p) Ibidem. | (a) Vide curat. No 2. |

TUM (*b*), 30 amplius reperti sunt apud mulierem BEHRENDII (*c*), 57 in FOCKII (*d*) puella, 72 in RAZOUXII (*e*) muliere, minimum 100 in QVELMALZII (*f*) obstetrice, numerosi denique in BARTHOLINI (*g*) ancilla, BOEHMII (*h*) muliere, BOERHAAVII (*i*) puella, GAHRLIEPII (*k*) rustico, KRAMPFERI (*l*) juvene, MONARDIS (*m*) homine, et PAULLINI (*n*) venereo.

C A U S A E.

Causa nasalium vermium haud alia esse potest, quam aut vermes ipsi alibi extra corpus exclusi in cavum narium varia ratione delati, vel ovula ipsa illuc deposita, ibique exclusa, in corporibus ad excludendam hanc loventiamque verminationem suapte natura

(*b*) Ibidem No 2.

(*c*) Ibidem.

(*d*) Ibidem No 5.

(*e*) Ibidem indicat.

(*f*) Vide prog. No 3.

(*g*) Ibidem No 1.

(*h*) Ibidem No 3.

(*i*) Vide curat. No 3.

(*k*) Ibidem No 2.

(*l*) Ibidem.

(*m*) Ibidem.

(*n*) Ibidem No 1.

dispositis. At quanam via sinibus frontalibus se se influent, quæsitum fuit. Fuere, qui crediderint, ovula cum chylo in vasa lactea ire, inde in sanguinem, et ex hoc cum muco in pituitaria narium membrana secerni, ibique excludi. Tuitus id LITTRIVS (o) fuit, nec displicuit opinio jam ante G. MUSGRAVIO (p); sed cum rector breviorque via sit per nasum in ejus cava, non est, cur hujusmodi circulationis ambages quæramus. Alii e stomacho per gulam et postica narium foramina infecta hæc in narium cava intrare sunt arbitrati; cui opinioni favet observatio F. E. BRUCKMANNI (q): „ ex naribus juvenis „ 17 annorum, purpura rubra cum de- „ lirio gravi laborantis die morbi 20o „ extrahebatur lumbricus mortuus 2 „ digitos longus: unde delirium, cui „ debellando tria vesicatoria in nucha „ et suris jam opponebantur, statim

(o) Act. Par. A. 1708.

(p) Philos. Transact. A. 1702. No 275.

(q) Commerc. Nor. T. 9 A. 1739 hebdom. 15
art. 1. p. 113. sq.

„ evanescebat , et morbus de die in
 „ diem mitior reddebatur. Nullum
 „ est dubium , quin lumbricus ob de-
 „ fectum alimenti , cum ægrotus 20
 „ dierum spatio ab omni cibo abstine-
 „ ret , pristinum domicilium mutans
 „ ex primis viis ad os et nares af-
 „ cenderit „. Verum cum nasales
 vermes ab intestinalibus omnino diver-
 si sint , istud quoque teneri nequit :
 imo contrarium potius facilius evenit ,
 ut vermes nasales per postica narium
 foramina in fauces delapsi cum inge-
 stis vel somni tempore inscientibus no-
 bis deglutiantur. HARDER (r) cer-
 te femina similes vomitu rejecit vermes
 illis , quos e naribus excrevit ; et quan-
 tum abfuit , ne FOCKII (s) puella e
 44 vermibus , qui e narium postico in
 linguam delapsi sunt , eorum aliquos
 deglutiverit ? Veri itaque est simili-
 mum vermes hos vel ovula eorum per
 antica narium foramina recta in cavum
 earum aliquod pervenire ; id quod va-
 riis iterum evenire modis potest. Nem-
 pe somno altiore obrutis irrepere in

(r) Vide prognos. No 3.

(s) Vide curat. No 5.

naves id genus infecta posse rusticus,
 c jus POZZIS (t) meminit, est ex-
 pr us. Et apud ZACUTUM (u),
 „ quidam cephalalgia laborans, cum
 „ cetera non prodesse, hirudinem
 „ anteriori narium parti consilio medi-
 „ ci sibi admoveri curat; sed cum chi-
 „ rurgus eam adaptat, hæc illius incu-
 „ ria per nasum ingrediens ... biduo
 „ hominem interfecit, cum . . . nullo
 „ posset remediorum genere nec ex-
 „ trahi nec necari „. Alias etiam o-
 pe aquæ vel alterius liquidi in nares
 attrahi, si ejusmodi infectis scateat, pos-
 sunt, quemadmodum HILDESHEI-
 M I I (x) servo, et mulieri apud RA-
 ZOUX (y) evenit. Mucos etiam e na-
 ribus semipendulo (ut pueris moris est)
 musca ovulum deponere potest, quod
 cum mucos in nares denuo attracto ibi-
 dem excludi poterit. Porro crebro va-
 lidoque florum olfactu ovula vel mi-
 nutissima infecta iisdem insidentia cum
 odoriferis particulis et aere in cava na-
 rium inspirari posse et nemo ambigit,

(t) Ibidem No 1.

(u) Prax. med. admir. L. 3. Obs: 61.

(x) Vide curat. No 3.

(y) Vide indicata.

et WEIKARDI (z) vir commonstrat. Denique ipse aer quotidie a nobis inspiratus, similibusque infectis scatens, eadem nobis invehere potest. Certe VARRO (a) jam animadvertit, in locis palustribus sæpenumero minuta quædam animalia crescere, visu non usurpanda, et quæ per aera intus in corpus per os ac nares perveniant, efficiantque difficiles morbos. Tandem et morbosa narium conditio interdum ad excludenda alendaque infecta habilior esse videtur, licet per sanitatem aptitudine hæc careat. Sic ubi narium ulcera præsto sunt, haud ita raro etiam vermes iis innascuntur, præsertim si aut a variolis aut syphilitide aut catarrho ulcerato fuerint enata; nisi forte malis hæc non tam præcessisse, quam ab ipsis potius vermibus effecta fuisse. Secus huc BARTHOLINI (b) vir, ERNSTII (c) studiosus, GAHRLIEPII (d) rusticus, catarrhum perpeffi, tum FERNELII (e) miles,

(z) Vide prognos. No 3.

(a) De re rustica L. 1. C. 12.

(b) Vide prognos. No 3.

(c) Ibi dem

(d) Vide curat. No 2.

(e) Vide prognos. No 1.

FORESTI (*), MONARDIS (f), PAULLINIQUE (g) viri, et FOCKII (b) puella, feminæque HARDERI (i) ac HILLII (k), narium ulcera habentes, demum et BARTHOLINI (l) puella Parisina variolis defuncta, pertinerent.

S Y M P T O M A T A.

Quam multiplicia et gravia symptomata ab his infectis narium cavum insidentibus exoriantur, nemo crederet, nisi fides hæc observatis essent asserta. Præcipua eorum et crebrius adnotata sunt :

I. *Dolor* atrox capitis anticus ad nasi radicem, qui quandoque in vicinam aurem, oculum, maxillam, ejusque dentes propagatur, ut in GAHR-LIEPII (m) rustico, HERTODI (n) puella; HILLIIQUE (o) et LITTRII (p) feminis, ac MALOETI (q) et VER-

- | | |
|------------------------|------------------------|
| (*) Vide curat. No 5 | (l) Vide progna. No 1. |
| (f) Ibidem No 2. | (m) Vide curat. No 2. |
| (g) Ibidem No 1. | (n) Ibidem No 4. |
| (b) Ibidem No 5. | (o) Ibidem No 2. |
| (i) Vide progna. No 3. | (p) Ibidem No 1. |
| (k) Vide curat. No 2. | (q) Ibidem No 4. |

ZASCHAE (r) viris est observatus, Interdum toto alterutro latere sincipitis sentitur, ut in DEGNERI (s) rustica, HILDANI (t) cognato, SALZMANNI (u) femina, WOHLFAHRTI (x) sene, et ZACHARIDIS (y) muliere. Aliis continuus est, velut BLANCARDI (z) et HENCKELII (a) SALZMANNIque (b) feminis, et juveni ERAMPFERI (c); alios contra ex intervallis molestat, BARTHOLINI (d) virum a pasta maxime afflixit, Patritio TRINCAVELLII (e) quavis nocte praesertim saevior accidit, nec nisi per vices mulieribus BOEHMII (f) ac FEHRII (g) fuit infestus.

2. *Sensus* motitationis, reptatus, fornicationis, vellicationis, rosionis-ve velut a viva re in loco doloris perceptus, de quali BLEGNVI (h) matrona, HENCKELII (i) femina, HIL-

(r) Ibidem No 1.

(s) Vide prog. No 3.

(t) Ibidem.

(u) Vide curat. No 1.

(x) Ibidem No 1.

(y) Ibidem No 1.

(z) Vide prog. No 3.

(a) Vide curat. No 2.

(b) Ibid. No 1.

(c) Ibidem No 1.

(d) Vide progn. No 3.

(e) Ibidem.

(f) Ibidem

(g) Ibidem.

(h) Ibidem.

(i) Vide curat. No 2.

DESHEIMII (*) servus ; MALOETI (k) miles, MOORIIQUE (l) virgo, conqverebantur.

3. *Pruritus* naris alterutrius cum siccitate interdum conjunctus ejusdem, quem experti sunt Italus ANGELINI (m), vidua BEHRII (n), miles MALOETI (o), femina SALZMANNI (p), et VERZASCHAE (q) civis. Studiosus ERNSTII (r) tristem quamdam ac velut convulsivam circa appendicem nasi sensationem querebatur.

4. *Sternutationes*, aut nifus in easdem: hos MALOETI (s) miles, illas ERNSTII (t) studiosus, SALZMANNI (u) femina, et civis VERZASCHAE (x) perpetiebantur.

5. *Fluxus* vel seri vel sanguinis e naribus. Seri profluvium cum vermibus in muliere SCHAARSCHMIDTII (y) est observatum; ERNSTII (z)

(*) Ibidem No 3.

(k) Ibidem No 4.

(l) Ibidem No 1.

(m) Vide progn. No 3.

(n) Vide curat. No 1.

(o) Ibidem No 4.

(p) Ibidem No 1.

(q) Ibidem.

(r) Vide prog. No 3.

(s) Vide curat. No 4.

(t) Vide prog. No 3.

(u) Vide curat. No 1.

(x) Ibidem.

(y) Ibidem No 2.

(z) Vide prog. No 3.

autem studioso biennalis accidit narium hæmorrhagia crebra, quæ etiam in GAHLIEPII (a) rustico partim veribus imputanda videtur.

6. *Vertigo* etiam BEHRII (b) viduam, SALZMANNI (c) feminam, SCHNEIDFRIQUE (d) puellam affixit.

7. *Convulsiones, spasmive* perinde quibusdam in ægris observantur. Sic FORESTI (e) juvencula convulsivos motus perpeffa est, et LITTRII (f) quoque mulieri convulsio accidit; SALZMANNI (g) vero feminæ palpebræ spasmus, et WEIKARDI (h) viro tremor interni canthi cum subsultu, amicoque BENIVENII (i) aphonia obtigit.

8. *Oculorum affectiones* variæ quandoque malis prioribus junguntur, ut epiphora in BEHRII (k) vidua, ophthalmia in muliere apud RAZOUX (l), etc.

9. *Amentia* vero a vehementiori cephalæa raro abest, eaque aut placi-

(a) Vide curat. No 2.

(g) Ibidem.

(b) Ibidem No 1.

(h) Vide progn. N. 3.

(c) Ibidem.

(i) Ibidem.

(d) Vide prog. No 3.

(k) Vide curat. No 1.

(e) Vide indicata.

(l) Vide indicata.

(f) Vide curat. No 1.

da aut furiosa: utriusque specimina videre est in BENIVENII (m) amico, milite FERNELII (n), femina HILLII (o), rustica LANGELOTTI (p), rusticoque cuius meminit POZZIS (q), tum obstetrice QVELMALZII (r), et SCHNEIDERI (s) puella vel maxime notabili delirio detenta.

10. *Vigilia* ob dolorem vel pruritus vel sensationem aliam vel delirium, etc. pariter in non nullis sunt observata, ut in HERTODI (t) puella, ac Parilina BARTHOLINI (u), aliisque.

11. *Anxietas, dyspnœa, tussis, syncope* a nervorum consensu interdum consequuntur. Tria priora KERCKERINGII (x) femina, syncopen vero per vices SCHNEIDERI (y) puella, nec non amicus BENIVENII (z), sustinere.

12. *Vomitus* denique etiam vel itidem a consensu, vel a vermibus e naso in ventriculum devolutis, oboriri subinde consuevit: posterius in HAR-

- | | |
|-----------------------|----------------------|
| (m) Vide progn. No 1. | (s) Ibidem. |
| (n) Ibidem No 1. | (z) Vide curat No 4. |
| (o) Vide curat. No 2. | (u) Vide prog. No 1. |
| (p) Ibidem No 1. | (x) Ibidem No 3. |
| (q) Ibidem | (y) Ibidem. |
| (r) Vide prog. No 3. | (z) Ibidem. |

DERI (*) muliere, prius in amico BENIVENII (a) obtinuit.

13. *Tumores* tandem nasi vel vicinorum, aut *maculae* interdum oboriuntur. Nigram nasi maculam naeta est HILLII (b) femina, oedematofum tumorem HILDANI (c) æger in lævo tempore, phlegmonem nasi obstetrix QVELMALZII (d). BEHRENDsii (e) quoque mulieri mala sinistra tumuit.

DIAGNOSIS.

Difficile admodum sæpenumero est præsentiam horum vermium narium in cavo detegere, præsertim cum omnia inde pendentia symptomata a numerosis aliis etiam causis, iisque vulgatiorebus, produci soleant: hinc raro adeo de nasalibus vermibus, utpote infrequentioribus, vel cogitatur. Si tamen ad omnia sollicitum quis advertat animum, sagacitatem scrutinii non facile invisum hi

(*) Vide prognos. No 3.

(a) Ibidem.

(b) Vide curat. No 2.

(c) Vide prognos. No 3:

(d) Ibidem

(e) Vide curat. N. 2.

hospites subterfugient; præsentiam enim illorum prodent sequentia:

1. Remedia generalia in cassum adhibita, nullo prorsus levamine.

2. Causæ prægressæ, quæ huic malo favent, diligenter investigatæ et cognitæ.

3. Symptomata huic morbo peculiarissima, præsertim doloris atrocis locus et extensio, tum sensus ille rei vivæ ibidem repentis, rodentisquæ, et pruritus narium, ozæna, puris vel seri vel sanguinis effluxus ex alterutra nare, etc.

4. *Vermes* vel excreti jam sub morbo, vel narium in cavo inspecto conspicui, quemadmodum a BORELLO (*f*), FOCKE (*g*), et HARDERO (*b*) allati casus edocent. Atque hoc postremum phænomenon omnibus aliis hic plus valet; quandoquidem et intra aures in poro acustico vermes abditi simillima symptomata, quæ a nasalibus fiunt, tuerint observata, cujusmodi casus et

(*f*) Vide curat. No 5.

(*g*) Ibidem.

(*b*) Vide prognos. No 3.

T. BARTHOLINUS (i) et J. SCHMID (k) commemorant

PROGNOSIS.

1. *Letalitas* huic morbo raro comes est; enim vero „ malum per se non „ esse letale, sed pro ratione symptomatum aliarumque circumstantiarum, „ quæ ei coniunctæ sunt, uti cephalalgia immanis, febris, etc. periculosum evadere „ posse non abs re censet I. SALZMANNUS (l). Sic I. HOLLERIUS (m) „ quibusdam (inquit) „ vermes generantur in cerebro; id „ rarum esse scripsit AVICENNAS; „ quod tamen memoria nostra visum est: „ et cuidam Italo ex frequenti odoratu basilicæ herbæ natus scorpio in cerebro vehementes dolores et longos, „ mortem denique attulit „. Sed pro

(i) Hist. anat. rar. Cent. 6. hist. 3.

(k) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 9 & 10 Obs. 50.

(l) Diss. de verme naribus erussio §. 12. Resp. E. C. HONOLD 4to Argent 1721. in HALLERI disp. ad morb. hist. et cur. facient. T. 1. No 25 p. 402.

(m) De morb. intern. L. 1. C. 1.

cerebro sinus frontales accipias, velim; fecus res in fabulam recidet. Perinde apud I. FERNELIUM (n) „ in quodam milite, qui relinxis erat narius, „ ex foediore quodam eluvie diutius cohibita vermes duo villosi instar digiti illic geniti inventique sunt, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreque non admodum manifesta de medio sustulerunt die circiter 20 „ Probabile est admodum, a diuturna horum insectorum in pituitariam membranam actione inflammationem ejus nasci, qua in suppurationem abeunte caries internae laminae ossis frontis ex facili evenire posset, qua si interna illa lamina fuerit facta pervia; vermes in encephalon trajicere, sicque mortem inferre poterunt. Atque sic forte vermium in cerebro visorum veritas vindicari posset. Svadet id evenire e carie posse observatio T. BARTHOLINI (o): „ ancilla quaedam in Cimbria nostra „ diu capitis doloribus enervata cum „ forte reclinato capite rhedæ incuberet, alius autem ipsa inscia bacu-

(n) Pathol. L. 5 C. 7.

(o) Histor. anat. rar. Cent. 6 hist. 3.

„ lo fortius rhedam percuteret, statim
 „ fractum cranium diffiliit, innumera-
 „ bilibus vermiculis prodeuntibus „
 Utiqve si passim carie cranium peresum
 fuit, facile in fragmenta diffilierit con-
 cussum. Atqve huc forte etiam alius
 eiusdem (p) casus referri potest: „ Lu-
 „ tetianæ puellæ in vico Delphino an-
 „ norum 12, curatis variolis tantus
 „ capitis dolor supervenit, ut 3 men-
 „ sium curriculo nec dormire quiverit,
 „ nec requiescere, nullas dolore indu-
 „ cias concedente. Tandem cum ta-
 „ bida obiisset, statim aperto cranio de-
 „ prehensa fuit uniuersa cerebelli sub-
 „ stantia in dextro a reliquo corpore
 „ sejuncta, nigraqve tunica involuta.
 „ Rupta tunica nigra vermem vivum
 „ pilosum, duobus punctis splendidis
 „ loco oculorum, prodidit latentem,
 „ ejusdem fere molis, qua reliqua ce-
 „ rebelli portio, qui 2 horarum spatio
 „ supervixit. Anomali hujus abscessus
 „ oculatum testem laudo GVID. PA-
 „ TINUM medicum Parisiensem „.

2. *Diuturnus* est sæpe affectus, ut
 quem in biennium tulerit BLANCAR-

DI (q) ægra et VERZASCHAE (r)
 civis, in triennium MALOETI (s)
 miles, in quadriennium mulier LIT-
 TRII (t).

3. *Solvitur ægritudo* plerumque excretis vermibus per nares, idque aut sponte inde prorepentibus aut nifu validiore emunctionis sternutationisve, aut ubi manu instrumentove exempti sunt, aut denique ubi suppurato ex inflammatione naso cum pure egrediuntur. Plurimis hæc modo dicta observatis constant. Sic, referente I. LANZONO (u), „ rustica quædam ca-
 „ lidioris temperiei et in flore ætatis
 „ constituta tam acerbo atque immani
 „ laborabat capitis dolore, ut domesti-
 „ corum etiam per cubiculum gressus,
 „ quamvis exutis calceis, sufferre non
 „ potuerit; videbantur enim sibi cul-
 „ telli cerebro infigi. Post multa fru-
 „ stra adhibita remedia tandem vermis
 „ e naribus erupit, post cuius eruptio-
 „ nem non exigua secuta est sangvi-

(q) Vide prognos. No 3:

(r) Vide cur. No 1.

(s) Ibidem No 4.

(t) Ibidem No 1.

(u) Misc. nat. cur, dec. 3 ann. 2 obl. 38:

„ nis copia cum tanto naturæ levami-
 „ ne , ut omnino dolor cessaverit ,
 „ sana sic evaserit , et hodicum
 „ optime vivat „ . A. BENIVE-
 NII (x) amicus gravissimam cepha-
 lalgiam cum oculorum caligine , men-
 tis alienatione , aponia , vomitu,
 frigore artuum et syncope passus,
 cum post frustra adhibita remedia
 die 7^{mo} appetente moriturus videretur,
 tandem dextra e nare vermem palmo
 longiorem ejiciens continuo convaluit.
 Ita et N. BLEGNYI (y) „ matrona...
 „ postquam diutissime animalis cujus-
 „ dam motitationem in capite animad-
 „ vertit , a quo corrodere cerebrum exi-
 „ stimabat , dolorum tandem liberatio-
 „ nem excreto per nares verme obti-
 „ nuit „ . Hunc ipsum casum velut
 suum etiam S. BLANCARDUS (z)
 refert. B. RONSSEI (a) juvenula
 rejecto per nares verme millepedi non
 absumili a diuturna cephalæa est libera-

(x) De abditis Cap. 100.

(y) Zodiac. med. Gall. ann. 1 April. Obs. 3
 p. 73.

(z) Collect. med. phys. Cent. 1 Obs. 39.

(a) Miscell. epist. med. 10 p. m. 31.

ta. Et TRINCAVELLA (b) „ Ve-
 „ netum Patritium vidit, qui dum fe-
 „ bre laboraret, et quotidiano præfer-
 „ tim noctu dolore tentaretur, tandem
 „ per nasum vermem eiecit obscurio-
 „ ris coloris, longitudinis 4 fere digi-
 „ torum, qui utrinque secundum lon-
 „ gitudinem quosdam tenues et breves
 „ pedes habebat, et exceptus vitreo
 „ cyatho velociter ferebatur; eiectus
 „ autem fuit involutus mucis crassoque
 „ et nigro sanguine „ Perinde apud
 N. TULPIUM (c) „ ancillæ chirurgi
 „ acerbe ac longe ex capite dolenti,
 „ neque ullis remediis adjunctæ, tulit
 „ tandem suppetias vermis e naribus
 „ prorumpens longitudine $\frac{1}{2}$ digiti, ac
 „ forma „ erucam referens. Omnibus
 hisce in casibus spontene vermes foras
 prorepserint, an emunctionis vel ster-
 nutationis nixu eliti fuerint, e verbis
 Observatorum haud satis constat. Di-
 fertius autem hæc sequentibus in casi-
 bus referuntur. F. ANGELINUS (d)

(b) De rat. cur. part. H. C. affect. L. 9
 C. 11.

(c) Obs. med. L. 4 C. 11.

(d) Misc. nat. cur. dec. 1 ann. 9 & 10
 schol. ad Obs. 50.

Itali meminit, qui e febre maligna convalescens, oborto narium pruritu eas fortiter strophio emungens vermem excrevit $\frac{1}{2}$ digitum longum, crassiusculum, rubrum, capite nigro duro, 2 bronchus acutis scorpionis iustar, 6 pedibus versus caput, aliquibus versus caudam parvis, rubeisque pilis præditum, placide gradientem, et 4 dies abs cibo viventem. Perinde apud T. BARTHO-LINUM (e) „catarrho molesto post „febriculam vexatus vir... cum fre- „quenti dolore capitis, post cibum „sumptum ingravescente, ex naribus „emuixit vermiculum... Pilulis ce- „phalicis levamentum sensit, et parco „sumi tabaci usu „. S. BLANCARDI (f) ægra a biennali cephalæa continua emuncto verme acutum conva- luit. J. H. DEGNER (g) rusticæ me- minit 30 annos circiter natæ, quæ diu frontis supra lævam orbitam dolore de- tenta, ubi valida emunctione 2 vermes excrevisset, a dolore liberata est. Fa-

(e) Hist. anat. rar. Cent. 1 hist. 64.

(f) l. c. Cent. 2 Obs. 80.

(g) Annal. Vratisl. Gent. 32 A. 1725 Jun. Cl. 4. art. 9 p. 646 sq.

cilitat subinde hancce vermium expulsionem oborta hæmorrhagia. Sic J. G. ERNST (*b*) narrat studiosum circiter 20 annorum, phlegmatico-sanguineum, catarrho a teneris obnoxium, ultra biennium crebras narium hæmorrhagias citra virium lapsum fuisse expertum, quas cephalalgia subinde excipiebat. Morbo tandem ingravescente septies de die e nare læva uberrime fluere sanguis cœpit: unde capitis imbecillitas, dolor, debilitas, crebræ steruutationes, et tristis convulsivaque quasi circa nasi appendicem sensatio, consecuta. Cum autem aliquando in largam iterum 4 dierum hæmorrhagiam incidisset, et 5^o etiam die sanguis affatim procederet, sensit in læva nare obicem quemdam latere: fortiter igitur eam narem emungens excrevit vermem hirudinis instar sanguine turgidum, qui triduo inde supervixit. Multo autem expeditius validis sternutandi nixibus excutuntur. C. BOEHM (*i*) narrat mulierem atroci per intervalla cephalæa ve-

(*b*) Misc. nat. cur. dec. 2 ann. 1 Obs. 99.

(*i*) Annal. Vratisl. 1. c. April. Cl. 4. art. 16
No 13 p. 436.

ætatam, ab eadem, ubi valida sternuta-
 tione oborta materiem fibrosam in exi-
 lia animalcula, quæ deinde viva avola-
 runt, abeuntem excrevit, convaluisse.
 Similem quoque casum M. A. WEI-
 KARDUS (k) literis prodidit: vir ol-
 faciendorum florum peramans ovulum
 forte aut insectum ab iis in nares attra-
 xit. Diu in externis unius oculi parti-
 bus versus nasum sæpe vel tremorem
 vel involuntarium motum patiebatur;
 donec, post frustra nicotianæ ꝑem usur-
 patum, valida sternutatione oborta
 vermem excussit vivum, longum, fuf-
 cum, capite bicorni, et corpore arti-
 culato, celeriter excurrentem. Il-
 lustrior his est historia C. V. SCHNEI-
 DERI (l): „ filia cuiusdam rustici 9
 „ annos nata, nescio quo vertiginis
 „ genere ex improvise corripiebatur,
 „ cum bene valens visa in pago ob-
 „ ambulare, et subito concidens in-
 „ termoreretur: quare illa a parenti-
 „ bus inter manus domum ablata fuit.
 „ Cum autem agrestibus olfactoriis re-
 „ lecta ad se rediret, in vicem modo

(k) Vermischte medic. Schriften 3 St. p. 40.

(l) De olie cribrorum p. m. 440. lqq.

„ insanire, modo magis quam per æta-
 „ tem genusque vitæ licebat, sapere
 „ videbatur. Nam nunc aliena loque-
 „ batur, brachia jactabat, et multa
 „ violenter faciebat, nunc mitis animo
 „ non nulla eruditius edifferebat, ac
 „ tum (quod jure mireris) rythmico
 „ sermone utebatur. Idque malum
 „ eam per intervalla occupabat, et le-
 „ vato accessionis impetu per se ipsam
 „ consurgens interdum inter initia con-
 „ citatius loquebatur, et tum habebat
 „ aliquid intelligentiæ ultra, quam æta-
 „ tis sexusque ratio permittebat. Tan-
 „ dem ipsi mens abalienabatur, ut ani-
 „ mum collectura intra verba desipe-
 „ ret. Mater a medico petit auxilia
 „ medicamentorum; sed per ea parum
 „ proficiebatur. Tandem misera illa
 „ puella forte fortuna sponte... ver-
 „ mem sternutando de naribus ejecit,
 „ qui sat longus erat et hispidus, ejus-
 „ que caput habebat speciem oris hu-
 „ mani: quo excreto sana protinus fa-
 „ cta est „. Interdum etiam rupto,
 „ quem causerunt ex inflammatione, abs-
 „ cessu cum purè vermes effluunt. Rum-
 „ pit autem hujusmodi abscessus aut ster-
 „ nutatio, aut nifus alius vehemens, aut
 „ si extrorsum vergat, chirurgi manus.

Hujus commatis casum narrat F. HILDANUS (*m*): „ filius . . . avunculi mei
 „ diuturno vexabatur dolore capitis,
 „ qui primum e regione musculi crotaphiti sinistri cum parvo tumore oedematoso inceperat. Dolor per menses aliquot totum fere caput, præcipue autem partem sinistram, pererrabat. Tandem vero ab impressione nasi et ossis cribrosi usque ad futuram coronalem fixus permanit, tumore insensibiliter resoluto. Dolor nihilo minus semestri spatio dies noctesque continuabat. Deinde dolore et febricula auctis, et sternutatione exorta, ruptus est abscessus circa os cribrosum: inde nonnihil puris fœtidissimi effluxit, cum quo simul vermis proferpsit, quæ magnitudine et figura hic depictus est. Postea dolor capitis reliquaque symptomata cessarunt. Ulcus quoque paulatim sequenti medicamento curatum, ita ut plenissime convaluerit, et per annos aliquot vixerit. Tandem vero iliaca passione correptus obiit. . . . Sequens me-

(*m*) Obs. et cur. med. chir. Cent. 1 Obs. 3.

„ dicamentum naso instillavimus, quæ
 „ curatum fuit ulcus:

R. ∇^x plantaginis ʒj

— aluminosæ

Mell. rosac. aa ʒʒ

Visci arnoglossæ ʒj

Tutix ppt.

• C.C. usti est ppt.

Lap. calaminaris

Aluminis usti aa ʒj. M. diligenter in mortario „. Figura adjecta exhibet vermem erucæ similem, hispidum, corpore articulado, a collo in caudam gracilem, multipedem, &c. Alterum ejusdemmodi casum præbet s. T. QUELMALZ (n) de obstetricæ, quæ Januario mense tam vehementi cephalalgia correpta est, ut ab ingravescente dolore insaniret. Post aliquot dies tumor inflammatorius in nasi superiori regione ejusque primum oculis e diametro oppositis magis, postmodum in reliquis quoque lateribus exsurgebat, et successive descendens usque adeo augebatur, ut nasi apicem, magnamque faciei partem occuparet, resolutio-

(n) Commerc. Nor. T. 10 A. 1740. hebd, 17
 No 2. p. 131.

nemque topicis tentatam respuens in suppurationem abierit, e qua matura et incisa pus cum oblongis frustulis quasi conglomeratis prodiit: quæ, cum puris exitum multum impedirent, curatius inspecta vermes tarmetes esse apparuit. Horum paucos intra dies minimum 100 excreti sunt. Ægra plurimum inde levata est, ulcusque intra 5 dies plene confanatum. Vermiculorum caput pro corporis mole erat magnum, supra idem duo filamenta prominula cornuum instar, circuli ambientes, quasi articuli corporis, obliquis invicem lineis cohærebant, colore erant obscuro cinereo, tactuque molles. Ut ut autem ex hæcenus allatis historiis clare pateat, excretis ita vermibus dolores illico cessasse; hæc tamen eadem omnibus ejusmodi ægris contigit felicitas: siquidem aliqui fuerint, qui non diuturnum inde sentire levamen. Sed his (ut manifeste eorum narratio innuit) plures quam unus alterve vermis sinus frontales insidebant, nullo inde artificio prorsus exterminandi. Qui sinuum frontaliū variā capacitatem et sæpe numerosa in cava variæ magnitudinis, ossibusque septis ab se invicem dirempta per anatomen crebriorem in-

spexerat, facile id evenire posse ultro dabit. Ita J. J. HARDERI (o) mulier impudica et ab lue venerea percussata vermes aliquot, præcedente atrocissima cephalalgia et fœtore insigni narium, ex naribus citra sternutationem nauseamve aut vomitum excrevit, albos, oblongos, pedibus asperis, quales et vomitu aliquando excrevit. Affirmaruntque adstantes, visos ab se fluctuantes narium in cavernis vermes, sensimque ex iis prorrepentes, quos ipsa dein facile extraxerat. Prorsusne autem dolore immunis evaserit, haud notatum est ab observatore. Idem etiam in T. KERCKRINGII (p) casu accidisse videtur: „ femina quædam (ait „ ille) . . . cum jam dudum pectoris „ angustiis, tussi vehementi, quæ phlegmata crassiora sæpius expuebat, et „ maximis capitis doloribus laboravisset, die 21 Sept. A. 1668 capitis dolore præter morem, et nescio quæ „ angustia tum pectoris tum narium incipit laborare, ita ut spiritum per „ nares difficillime aut emitteret aut

(o) Apiarii Obs. 98 p. 363.

(p) Spicileg. anat. Obs. 43

„ traheret; dumque ea in angustia po-
 „ sita, tussit, spuit, emungit, ecce
 „ tibi inter emungendum vermem e
 „ naribus educit ita in se convolutum,
 „ ut fordes quasdam crassiores esse au-
 „ tumaret: rei tamen insolentia permo-
 „ ta et maxime quod angustiarum sua-
 „ rum levamentum quoddam sentiret,
 „ filiam advocat, quid illud sit, inter-
 „ rogat; ipsa enim oculis ex vi cona-
 „ tus stillantibus non satis distingvebat.
 „ Filia vivere id exclamat! Et ubi se
 „ evoluit, vermibus rubri coloris is ap-
 „ paruit ... pedibus innumerabilibus,
 „ cauda bifurcata, prominentibus ad
 „ caput cornibus præditus, qui celer-
 „ rime se convolvebat. Is cum ad me
 „ delatus esset, feminam ipsam adivi,
 „ quæ ante aliquot septimanas se si-
 „ milem quondam in sudario suo repe-
 „ risse ajebat; sed quia illud ad latus
 „ juxta parietem sepositum fuerat, se
 „ putasse vermem eum in sudarium ex
 „ terra irreplisse, ideoque abjecisse.
 „ Ego vermem nullo utentem alimen-
 „ to diu vivum servavi, eundemque
 „ tum familiaribus ostendens, tum
 „ quandoque curiositate impellente vi-
 „ sitans, semper agilem reperi. At
 „ die Octobris 3^a, dum capsulam li-

„ gneam, in qua eum reposeram, ape-
 „ rio, ipsum jam mortuum, sed ante
 „ mortem peperisse, reperio; adjacebat
 „ enim vermiculus vivus, ... et mor-
 „ tua genitrix, quæ tumorem, circa
 „ ventrem manifestum viva ostenderat,
 „ jam parte ista detumuerat. Jussi da-
 „ ri feminæ medicamentum emeticum,
 „ quo ipsa materiam copiosam lentam
 „ viscidam, herba viridiorum, evo-
 „ mit; quo cum non nihil se suble-
 „ vatam sentiret, injussu meo eandem
 „ medicinam iteravit post 2 dies, et
 „ iterum eadem fere quantitate eam
 „ materiam, paulo tamen minus viri-
 „ dem, ejecit, et capite se se ventre-
 „ que inferiore non nihil sublevatam
 „ gaudet; sed tussis molestia cum spu-
 „ tis lentis et crassis perseverat. Per-
 „ inthe J. M. FEHRII (g) mulier, parto-
 „ ris uxor diu insigni cephalæa detenta
 „ excreto e naribus nisu sternutationis
 „ vermiculo illico levamen doloris per-
 „ cepit; recrudere nihilominus iterum
 „ deinceps quasi formicantes sincipitis do-
 „ lores, non sine plurimum adhuc intra
 „ nares delitescentium vermiculorum su-
 „ spicione. Memorabilis quoque est ca-

(g) Tr. de Absinthio p. 79.

sus M. A. PLENCIZII (r) in hæc ver-
 ba : „ Adolescens N. N. 17 circiter
 „ annos natus corripiebatur inopinan-
 „ ter copiosissimis variolis confluenti-
 „ bus, quæ quamvis multum negotii
 „ medentibus tacefferent, nihilominus
 „ tamen æger feliciter attigerat 30am
 „ morbi diem, quæ perfecte quoad
 „ omnes functiones valere videbatur.
 „ Die circiter 50ma a principio morbi in-
 „ ceperat conqveri de intenso dolore ca-
 „ pitis tempora et frontem occupante,
 „ qui de die in diem augebatur, ægrum-
 „ que inqvietissimum insomnemque red-
 „ debat. Quamvis tam externa topica,
 „ epispastica, quam interna diluentia,
 „ resolventia, per epicrasim evacuantia,
 „ enemata, pediluvia, phlebotomia alia-
 „ que similia in usum vocata fuissent, ni-
 „ hilominus tamen idem acutissimus do-
 „ lor perseverabat, donec post octiduum
 „ prægressis aliquot violentis sternuta-
 „ tionibus vermiculi aliquot tenues fila-
 „ mentorum instar duos tresve pollices
 „ longi per nares secederent, quorum
 „ aliqui adhuc leviter movebantur, alii

(r) Tr. de variolis §. 312. cas. 14. p. 277
199.

„ vero immobiles erant ; quo facto æger
 „ melius habere videbatur. Verum ta-
 „ men aliquot diebus vix elapsis recruduit
 „ idem acutissimus dolor. In quo casu
 „ cum causa et sedes hujus mali jam
 „ nota essent, princeps indicatio et cura
 „ fuit, ut illud, quod in sinu frontali con-
 „ gestum, et corruptum hæret, diluatur,
 „ mobile reddatur, per nares evacuetur,
 „ nidus vermium destruat, ac tandem
 „ pars læsa consolidetur. In quem finem
 „ tam externa, quam interna præscribe-
 „ bantur remedia. Externa erant illa,
 „ quæ fronti applicabantur. Tempore
 „ acuti doloris applicabantur fomenta ex
 „ speciebus emollientibus in lacte coctis.
 „ Dum vero dolor silebat, aut remissior
 „ erat, apponebatur emplastrum de ravis
 „ cum ℞^{io} , aut emplastrum de gummati-
 „ bus cum assa fœtida, et ℞^{io} , item
 „ lac aut decoctum hordei cum melle sæ-
 „ pius attrahebatur ad nares. Ex iisdem
 „ vapores tanquam remedium valde pe-
 „ netrans ad uares suscipiebantur. His
 „ quandoque præcipue in dolorum remis-
 „ sione interponebantur suffitus anthel-
 „ mintici ex nicotiana et cinnabari aliis-
 „ que similibus. Interna autem remedia
 „ erant maximam partem antiphlogistica,
 „ paregorica, et lenia per alvum eva-

„ cuantia. Quibus tandem efficiebatur, ut
 „ non tantum prædicti vermiculi, sed et
 „ materia putrida fœtensque copiose
 „ per nares secederet, sicque æger a do-
 „ lore capitis immunis erat. Dum vero
 „ intra unam alteramve hebdomadam
 „ prædicta materia in sinibus iterum colli-
 „ gebatur, aderant mox prædicti dolores
 „ capitis, qui non nisi facta vermiculo-
 „ rum et materiae putridæ per nares eva-
 „ cuatione sistebantur, et sopiebantur.
 „ Hæc molesta et atrox morbi conditio
 „ sæpius repetebat, et non nisi integro
 „ anno transacto sopita, et subacta vi-
 „ debatur. Quo tempore quamvis æger
 „ de atroci illo dolore capitis non amplius
 „ conquereretur, neque per nares quid-
 „ quam ultro peregrini secederet, quoad
 „ functiones animales tamen videbatur
 „ deficere, et quodam animi mœrore tor-
 „ queri. Unde dein contigit, ut post
 „ 4 circiter ab ultimo doloris accessu
 „ menses, absque causa manifesta sibi
 „ ipse noctu violentam infixisset mor-
 „ tem „.

4. *Effectus* vehementioris vel diu-
 turnioris mali ut plurimum est ozæna
 seu ulcus narium aut simplex aut cum
 carie complicatum, quemadmodum in

FOCKII (*) puella, GAHRLIEPII (s) rustico, HARDERIQUE (t) muliere est annotatum. Nec aliorum BEHREND-SII (u) in muliere serofus nasi fluxus referendus videtur. QVELMALZII (x) vero obstetrici abscessus ad exteriora etiam se se effudit. Pessimi autem omnis ulcera sunt, dum exesa lamina vel cribriformi ossis ethmoidei vel interna ossis frontis viam puri vermibusque in encephalum aperiunt.

C U R A T I O.

I. INDICATIONES:

1. Infecta necanda, vel viva etiam
2. Exturbanda.
3. Symptomata mitiganda.
4. Effectus morbofi abolendi.
5. Recidiva præcavenda.

- (*) Vide curat. No 5.
 (s) Ibidem No 2.
 (t) Vide prognos. No 3.
 (u) Vide curat. No 2.
 (x) Vide prognos. No 3.

II. INDICATA.

Hæc cum aliis in morbis triplicia plerumque esse soleant, nempe diætetica, pharmaceutica, chirurgica; præfenti in casu bina priora vix locum habent, et sola chirurgica præfidia hic obtinent: nam diæteticum regimen si quidquam hic valet, ad solam novi (ut ita dicere liceat) contagii vitationem (ut est florum odoratio, &c.) pertinet. Pharmaceutica autem remedia liqva hic usurpari possent, anthelmintica esse oporteret, eaqve duplicem ob scopum, videlicet, ut vermes primarum viarum exturbando impediamus, ne inde ulli per oesophagum in cavum narium prorepant; tum etiam, ut resorpta in sanguinem et cum muco membranæ pituitariæ secreta vermes in cavo narium enecent. Verum cum insecta narium ab iis, quæ primas infident vias, prorsus diversa sint, nec hinc illuc deferri soleant, satis patet, primum scopum evadere imaginarium et inutilem; quantum vero ad anthelminticorum in circulum humorum resorptionem et in narium cavum secretionem attinet, recte J. SALZMANNUS (y) notat,

(y) Diff. cit. §. 14.

tam exiguam futuram portionem hanc, ut requilito effectui præstando sit prorsus impar. Possent quidem aliquis P. FORESTI (z) hic observationes in contrarium adducere, scribentis: „ ego . . . „ cum puer essem, uti sæpius postea „ adolescens a matre mea . . . audivi, „ plures (vermes) per nares rejeci; „ at cum mater sæpe mihi pulverem „ contra vermes cum saccharo dedisset, „ ab hoc fædo malo liberatus fui. Ju- „ vencula quædam . . . lumbricis labo- „ rans . . . motus aliquos convulsivos „ perpessa vermes duos ex nare ejecit; „ quæ postea dextre adhibitis remediis „ elminthagogis perfecte sanata est „ Verum ipse hic Auctor, id quod res est, animadvertit, vermes hos ex intestinis in ventriculum, hincque per gulam in fauces prorepere; ibique per postica narium foramina versus antica contendentes citra symptomata fere ulla foras prodeunt; qui utique non est casus morbi nostri. Neque plus pro pharmacorum usu eruerit quis e casu, quem dedit RAZOUX (a): mulier a

(z) Olf. med. L. 21. Obs. 28.

(a) ROUX Journ. de Medec. &c. T. 9. p. m. 353.

3 vel 4 diebus vehementissima febre cum pulsu torti ac pleno, cute sicca ardente, ruberrima facie, et ophthalmia correpta, a prima mox invasione enormem tenuit cephalalgiam præsertim in fronte, ad omnia rebellem, et continuo ingravescentem, sine ullis tamen aut saburræ aut vitalium læsorum indiciis. Cum quinque Væ Ses, cathartica, anodyna, paregorica, et refrigerantia nitrosâ nec hilum profuissent, datus ☐ emeticus mirum et insperatum exhibuit effectum; pauci inde orti vomitus citra dejectiones. Sed ad singulos vomendi nisus oborta sternutatione mulier qualibet vice 2 vel 3 vermiculos e naribus explosit; ita ut eodem mane 72 excreverit, albos, annularibus articulis, 7 vel 8 lineas longos, 3 vel 4 lineas latos, verbo iis simillimos, quos REAUMURIUS (b) in naribus vervecum reperit. Quo autem plures sensim explodebantur, iisdem etiam gradibus morbi symptomata abibant, et ægra plane convaluit. Pridie morbi vespere mulier sitibunda e lacu, ex quo paulo antea gregis verveces potati sunt, prono in

(b) Histoire des Insectes p. 555.

terram corpore decumbens aquam hausit. Veri ergo simile est, e vervecum naribus plurimos vermiculos eam in aquam fuisse elapsos, quam femina ore pronò hauriens naribus quoque susceperit, cumque ea vermiculos, qui in sinus usque frontales prorepentes dolorem et cetera dicta mala induxerunt. Facile autem colligitur, emetici sternutatorium effectum hic prorsus fuisse accidentalem, et quem in aliis similibus calibus frustra expectaveris. Ergo omnis hujus morbi curatio ab externis præsiidiis est petenda, præsertim cum ad sedem ipsam morbi et remediis et instrumentis pateat accessus. Primum autem horum præsiidiòrum, quod experiri oportet, sunt

I. *Ptarmica* remedia; quandoquidem sponte oborta sternutatione vermes e sinibus nasalibus excussos vidimus (c): nam cum aer sub sternutatione e pulmonibus violentissime exploditur, irruiat in omnes narium sinus, ibi omnia concutit, et everrendo hæc antra, quidquid mobile est, secum foras pellit. Unde et vermes exigit. *Ptarmica* vero hæc

(c) Vide progn. No 3.

cujuscujusmodi fuerint, cum parum interût, nihilo tamen secius utiliora futura videntur, quæ simul anthelmintica sunt; eo quod mortui ab iis vermes promptius excuti queant. Duplici porro forma præberi possunt, videlicet aut sicca seu pulverulenta, aut fluida: posterior aut guttatim naribus, capite declivi, instillari potest, aut e vola edito forti inspirationis nixu in nares attrahi, aut syringæ syphonisve ope injici. Hos itaque in usus varia anthelmintica, ut *ŕ us*, tabacca, aloë; *Ŗ*, &c. quæ simul sternutationi movendæ idonea sunt, deligi poterunt, multipliciqve observatione utilitas eorum est asserta, quam Practicus quidam Argentoratensis, referente J. SALZMANNO *d*) expertus est, in infante trimulo, qui post datum emeticum vermes primùm vomitu rejecit; sed cephalalgia non cessante sternutatione ab odore florum oblatorum forte fortuna excitata vermem, qui longitudine uluam $\frac{1}{2}$ Argentoratensem æquabat, triangularis magis quam rotundæ figuræ, et multis articulis instru-

(*d*) *Diſſ.* cit. §. 6.

„ cum, sed mortuum, e naribus ex-
 „ crevit. Sic quoque a chirurgo hu-
 „ jus urbis jurato accepimus, feminæ
 „ honestæ A. 1718 post perpeffas ce-
 „ phalalgias immanes atque vertiginem,
 „ circa frontem maxime se exferen-
 „ tes idem contigisse, nempe dolores
 „ oborta coryza solutos esse; hac vero
 „ cessante et superveniente narium sic-
 „ citate rediisse, ab assumptis etiam
 „ medicamentis plerisque, quæ in ejus-
 „ modi doloribus commendari solent,
 „ pejus habuisse ægram: donec tandem
 „ ab usu Œris sternutatorii vermiculus...
 „ e narium alterutra exierit. Elapso
 „ circiter mense pristinos dolores re-
 „ currisse, ægramque post operationem
 „ Œris sternutatorii adhibiti secundum
 „ vermem . . . e nare extraxisse, do-
 „ loribus et incommodis reliquis mox
 „ evanescentibus et hætenus non re-
 „ versis „. Perinde narrante A. DE
 POZZIS (e) „ rusticus quidam a somno
 „ sub arbore expergefactus per $\frac{1}{2}$ an-
 „ num maniacus est redditus; sed ac-
 „ cepta tabacci uncia, et concitato ve-
 „ hementissimo sternutamento prodiit

(e) Misc. nat. cur. dec. 1 ann. 4 obs. 37.

„ eruca nigra longa atqve pilosa, et
 „ confestim penitus sanitati est restitutus „ LITTRE (*f*) mulieris meminit 36 annorum biennali acerbissimo sub fronte prope nasum dolore vexata, ut præ vigiliis et convulsionibus accedentibus ter moritura videretur. Frustra variis per 4 annos adhibitis tandem ptarmicum ꝯem usurpavit, a quo mox valida sternutatione oborta mulier vermem paucumqve sanguinem e naribus excrevit : unde omnis ocysus morbus abiit. J. LANGELOTTUS apud T. BARTHOLINUM (*g*) rusticæ meminit diuturnam cephalæam passæ, qua sensim ingravescente maniacæ instar discurrebat ; donec ꝯris ptarmici cujusdam usu oborta sternutatione vermem e naribus elisisset digiti medii longitudine : quo factò dolor acutum desit. LINDERNII (*h*) quoqve virgo 24 annorum similem cephalæam diu experta ab oblato per jocum ꝯe ptarmico frequenter sternutans vermem erucæ similem, per dorsî longitudinem fuscum, sed hinc

(*f*) Act. Paris. A. 1708. p. 42. (v. STEINWEHR T. 3. p. 290).

(*g*) Epist. med. Cent. 2 Epist. 74 p. m. 641.

(*h*) SALZMANN. Diss. cit. §. 6.

inde punctis nigricantibus notatum, in ventre dilute flavum, excrevit. Dolor ei maximus quandoque ad occiput ex-
 currebat, mox vero in sinciput iterum redibat; atrocior fiebat ab attractis er-
 rhinis, ▽^a reg. Hung. aut epithematis frigidis, adeo ut aliquoties involunta-
 rius mictus supervenerit; frigidum quo-
 que lac attractum dolorem augebat, calidum vero leniebat. Porro et ali-
 quoties e uaribus mucus seu serum efflu-
 xit. Haud secius B. DE MOOR (i) narrat virginem 28 annorum immani cephalæa sincipitis prope nasi radicem diu multumque vexatam ab usu ptarmici ♂ris 2 vivos vermes excrevisse; cum-
 que superesset in capite fornicationis sensus, a præscriptis anthelminticis, aliquot alios adhuc prodiisse. C. F. PAULLINI (k) vidit hominem vene-
 reum qui „ tam horrenda et pertinaci
 „ cephalæa . . . correptus est, ut in ra-
 „ biem quasi actus caput ad parietes
 „ et saxa alliserit. Tandem ab agyrta
 „ . . . dantur 10 grana laudani opiatii,
 „ a quibus quietior factus obdormivit.

(i) Tr. de instaur. medic. L. 2. p. m. 132:

(k) Obs. med. phys. 39 in M. N. C. dec. 2
 ann. 5. append. No 1 p. 25.

„ Sumpsit deinde errhinon, a quo cre-
 „ brius sternutavit, excretis semper,
 „ atq. summo immaniq. cum dolore
 „ et letali fere animi deliquio, per
 „ nares vermiculis minutis quidem,
 „ sed plane cruentis, 2 nigris punctu-
 „ lis oculorum loco in capitulo notatis,
 „ quadrupedibus et villolis, furcellam
 „ hamatam acutissimam caudæ loco
 „ trahentibus. Sic quievit aliquam-
 „ diu tormenta. Interim insignis tu-
 „ mor ovi gallinæ magnitudine cum
 „ summa inflammatione et dolore pun-
 „ gitivo ad sinistram prominere testicu-
 „ lum, qui solo illitu olei & his potuit
 „ sopiri. Ad maturitatem demum
 „ perductus et ruptus adhuc 57 effudit
 „ vermiculos. Ita quidem hac vice
 „ sibi quadantenus redditus ille, ut
 „ citra dolores vixerit „. J. SALZ-
 „ MANNI (1) „ femina 49 annorum, quæ
 „ per 14 circiter annos in matrimonio
 „ vixerat, exquiritissima cephalalgia
 „ corripiebatur, illam per anni spatium
 „ continuo affligente, maxime ubi ra-
 „ diis solaribus exposita forsitan fuerat,
 „ ut et ubi post somnum satis tranquil-

(1) Diss. cit. §. 5.

„ lum expergifcebatur. Dolor in ...
 „ fronte ejusque latere magis dextro
 „ quam sinistro erat, adeo non mul-
 „ tum se extendens, ut locum doloris
 „ pollice a se obtegi posse ægra dice-
 „ ret. Aderat simul notabilis in na-
 „ rium dextra pruritus atque extraor-
 „ dinaria obstructio seu siccitas, ut ni-
 „ hil prorsus mucii ex illa unquam ex-
 „ cerneretur, accedente frequenti ster-
 „ nutatione, capitis obnubilatione, ver-
 „ tigine, et spasmodica palpebræ dex-
 „ træ constrictione. Expergefacta te-
 „ trum odorem ex ore exhalantem,
 „ reliquo tempore ructus acidus, ex-
 „ periebatur. Ingravescens in dies
 „ hisce symptomatibus, præ aliis ce-
 „ phalalgia et naris dextræ obstructio-
 „ ne, multis etiam remediis in cas-
 „ sum adhibitis, doloris tandem im-
 „ patiens nunc ℞ sternutatorium, quæ
 „ Schneebergæ parari solet, nunc ℥ ,
 „ imo et aquam ... reginæ Hungariæ
 „ plus una vice in nares aucta inspira-
 „ tione attrahebat: unde factum, ut
 „ anno insequente mense Martio ab ir-
 „ ritatione a dictis remediis facta fre-
 „ quentissima sternutatione caput con-
 „ cuteretur, quam insignis mucii e na-
 „ rium dextra quantitas, et paulo post

„ vermiculi excretio secuta est; ce-
 „ phalalgia et reliquis symptomatibus
 „ e vestigio et quati ad miraculum
 „ evanescentibus. Animalculum cum
 „ in lucem prodiret, in... globulum
 „ convolutum erat, mox vero in nota-
 „ bilem satis longitudinem sese expli-
 „ cans expedite currebat. In capite
 „ ejus prominebant 2 cornua; ... po-
 „ lypodium alias erat, atque ex rela-
 „ tione ægra ... ultra 30 pedibus in-
 „ structum, et coloris e fusco flavescen-
 „ tis,,. Porro G. H. BEHRII (m) vi-
 „ duam plures menses vexavit cephalæa
 „ cum vertigine et mordaci cum naris
 „ lævæ tum canthi interni lævi pruritu,
 „ quem sæpe uberrimæ inde lacrimæ se-
 „ quebantur. Post plurima in et externa
 „ in cassum adhibita auctor abscessum in
 „ loco affecto latere ratus ad eum rum-
 „ pendum dedit sequens ptarmicum:

℞. Sacch. canarini

Fol. tabacci aa ʒss

Flor. benzoës

ʒ ligni aloës aa ʒss

ʒ* volat. gr. vij. M. F. ʒ idem
 tidem naribus attrahendus, quo vix
 viciis usurpato fortes sternutationes ob-

ortæ, quarum adminiculo vermis mediocrem digitum longus, apus, subflavus, magno informiqve et depresso corpore, alias terrestri lumbrico sic satis similis, est excussus. Perinde B. VERZASCHÆ (n) civis 50 annorum biennalem cephalæam stabilem, pungentem, ad processus mammillares vergentem, crebra cum sternutatione, at sine febre, perpeffus post varia necquidquam usurpata cum pruritus etiam narium accessisset, demum §em ptarmicum adhibuit:

R. Flor. lil. convall.

Beton.

Major. aa ᠑j

Ambraë gris.

Moschi orient. aa gr. j. M. F. § subtilissimus. Hoc per aliquot dies usurpato vermiculum cum multo muco repente emunxit: unde dolor, pruritus, et sternutatio desit. Ejusdem etiam eventus fuit casus, quem refert G. ZACHARIDES (o) de muliere 72 annorum, bis partu levata, semper sana, quæ triennio ante mortem enormi hemisphæria totius lateris lævi correpta est,

(n) Obs. medic. 6.

(o) Nov. act, nat, eur. T. 4 Obs. 39:

ad omnia rebelli; donec usu δ is errhini ex basilico, majorana, maro syriaco, nicotiana, pauxilloque hellebori albi conflatu sub sternutatione vividum quendam motum intra nares sinistram cum sensu crassioris cujusdam obicis nares hanc obturantis experiretur. Lustrata in nares conspectus est vermis caudam motitans, quem tenaculo prehensum auctor facile eduxit vivum, 2 pollices longum, et fere calamum scriptorium crassum, mollem, segmentis tenuioribus fuscis, interstitia quasi formantibus, præditum, capite rostroque vermi carioso in ligno hospitanti non ablimilem, qui in \sqrt rectificatissimo ultra 24 horas vixit. Mulier autem ab dolore ultra 8 hebdomadas continenter sæviente liberata est prorsus, temulentia quadam tantum, pedumque titubatione superstite; quæ tamen etiam sensim abiit. Post 3 annos vero anus subita apoplexia forti interiit.

2. *Injectiones* eluentes anthelminticæ, in cavum narium infusæ; sic enim lubricatis cavis, ipsoque verme fluctuante, præsertim si simul remedium vi obtupescat vel enecetur, facilius ejus cum diluto ita muco vel pure vel sanguine, cui iuhæret, procuratur exitus.

Sic

Sic J. F. HENCKEL (p) narrat feminam atroci ac pene continua aliquot mensium laborasse cephalæa, ad omnia remedia contumaci, cum sensu vivæ cujusdam rei supra nasi radicem in fronte hærentis, locumque rodentis ac vellicantis. Tandem nescio quam aquam naribus attrahens vermiculos 2 alatos emunxit: unde dolor plane desit. Vermes per omnia alis, pedibus, cornibus, figuraque tota et mole curculionem referebant, nisi quod lucidioris fuerint coloris. J. HILL (q) curandam habuit ætate 1757 feminam 30 annorum sæva maxillæ inferioris odontalgia cum totius faciei tumore laborantem, simulque atrocem frontis et intra nares dolorem conquestam, qui interdum usque adeo increvit, ut rationem ademèrit. Tandem in externa nasi ala effloruit macula nigra, parva, indolens, at adeo pruriens, ut ægra tamdiu subinde scaberet, donec parumper humescere incepit. Semestri ita exacto opem querenti macula excisa est, dataque in 6 hebdomades ̄ lia. Postridie ma-

(p) Act. nat. cur. Vol. 3 Obs. 110.

(q) Chir. Beobacht. 1 Abschnitt p. 34.

ne, quam his uti cœpisset, datum est remedium liquidum naribus attrahendum, a quo cauda vermis e nare proruit, qua prehensa ægra vermem, ut ut reluctantem, extraxit, vivum, 2 vel 3 pollices longum, multipedem, colore flavo, ex utroque capitis latere macula rubra notatum, nullatenus erucae similem. Ab usu ꝑ hunc ægra melius habuit, locusque ubi macula nigra excissa fuit, anno integro mansit sanus; tum vero denuo recrudit; sed non multo inde post iterum sanabatur; idque ita bis vel ter accidit: donec in ulcus lente exedens degenerasset cum gravissimo dolore, quod totam labii dextram partem cum ejusdem lateris cartilaginibus nasi pessumdedit. Inde in labium inferius ulceratio excurrit, et in musculos maxillæ inferioris, donec pars mandibulæ cariota una cum 2 dentibus incisioribus secessit. Postremo magna lævæ malæ portio absumpta est. Verum prout ulcus proferpebat, ita relicta a tergo loca illico sanescebant. Atque hæc integrum decennium ita durarunt, ægra non prius quam A. 1767 sanitati reddita; abhinc vero semper sana vixit. Sancte autem affirmabat, se nunquam labe syphilitica laborasse.

Ex quo autem ulcera sanata sunt, in eorum locis graves identidem dolores percipiebat, ut metuerit, ne recrudescerent; quod tamen non accidit. Non vulgarem etiam id genus KRAMPHERI casum refert S. BLANCARDUS (r). juveni continuum incipientis dolorem passo dedit ille sequentem MR^{am} in nares injiciendam:

R. Succii absinthii

— abrotani

— centaur. min. aa ʒjʒ

Mell. centaur. ʒj

Syr. absinth. ʒʒ

Aqvæ fumar. ʒx M. qva ingens

vis vermium vivorum digiti articulum æquantium, fere chrysalidibus similitum, e naribus eliciebatur. Porro datum gargarisma:

R. Herb. malv. arbor.

— plantag.

— prunellæ

— ligustri aa Mj. coq. ex

Aqva ad ʒxij. colat, adde

Mell. centaur. min. ʒjʒ

Salis prunellæ ʒʒ. M. F. gargarisma, quo etiam copia eorundem vermium e faucibus proluta est. Hinc do-

(r) Collectan. med. phys. Cent. 3 Obs. 74.

lor abiit, ægerqve hiera picra purgatus convaluit. Haud secius MONARDES (s),, quendam novit narium ulcere laborantem, e quo sanies manabat non sine contagii suspitione: ejus consilio instillavit foliorum tabacci succum; a secunda instillatione multi vermes exciderunt, deinde pauciores, et post aliquot dies sanatum est ulcus; sed quæ erosa erant, non restituta,,. Ejusdem commatis est observatio BEHRENDsii apud s. SCHAARSCHMIDT (t) de muliere 38 annorum enormem cephalalgiam passa, qua conqviescente sinistra mala circa sinum maxillarem parumper intumuit usque ad orbitam, sæpiusqve e nare læva serum tenue, cui quandoqve vermiculi comites erant, profluebat. Cum ozænæ metus esset, injectiones balsamicæ e decocto herbarum amararum, in primis tanaceti, rutæ, absinthii in lævam narem institutæ, quarum dum non exigua copia ibidem resticaret, hilo immitto auctor cavum narium scrutatus, facile ille ad sinum cum frontalem

(s) Hist. med. simpl. C. 14.

(t) Med. chir. Nachrichten 1. Jahrgang No 47. p. 214.

rum maxillarem finiftrum, alteqve penetravit; quo rurfus educto exciderunt 3 vermiculi nigris capitibus, pollicem longi, majufculis cafei lardive vermiculis non ablimiles; et continuatis injectionibus ultra 30 ejusdemmodi per vi- ces prodierunt vermiculi: unde non modo ferofus ille fluxus et dolores de- fiere, fed malæ etiam tumor difparuit, mulierqve fana domum revertit. Sub- inde folus Ψ in nares inflillatus ingra- tos hos hofpites exigit. Ita J. A. WOHLFAHRT (u) „ venit (ait) ad „ me felex annos 67 natus, fale co- „ quendo victum quærens, vehemen- „ tiffimis fe capitis doloribus inde ab „ 8 diebus cruciari, imo ad rabiem fe „ fe abripi earum vi quæritur. Cui „ dum confulere meditor, dextrum „ oculum, dextram capitis partem, „ os faucesqve valde intumuiſſe obfer- „ vo. Adhibui, quæ ejusmodi in mor- „ bis adhiberi folent, omnia, fed ir- „ rito eventu. Tum . . . ſanguinis „ curfus ex naribus adefl, triduum ma- „ net, nec diu nec noctu conſiſtit.

(u) Nov. act. nat. cur. T. 4 Obf. 57 §. 1,

„ Homo interim iste se domo contine-
 „ re, nec venire ad me amplius. Ec-
 „ ce 4to die e sinistro nasi foramine
 „ vermis exit; quem cum mihi osten-
 „ deret, svaũ, ut ∇ naso infunderet,
 „ attraheretqve: quo facto statim octo
 „ et decem vermes e dextro forami-
 „ ne prödeunt; ægrotus non amplius
 „ sentit dolores, quibus paulo ante
 „ vexabatur, acutos, pristinumqve vi-
 „ gorem recipit ... Vermis... quis-
 „ que albidi coloris erat, eaqve ma-
 „ gnitudine, quam fig. 1 ostendit. Om-
 „ nes vero istos vermes vase vitreo,
 „ cui paululum terræ injectum erat,
 „ inclusimus. Statim illi vermes se in
 „ illa terra abscondere, atqve post
 „ paucos dies in erucam subnigram
 „ duramqve (fig. 2) abire. Post 29
 „ aut 30 dies prodierunt muscæ,, (fig.
 „ 3 et 4). Neqve etiam inutiles hic
 „ interdum sunt vapores decoctorum an-
 „ thelmintici, queis non modo vermes
 „ necari, sed etiam laxatis vasorum oscu-
 „ lis hæmorrhagia proritari potest, cu-
 „ jus ope vermes e sinibus frontalibus
 „ eluti deorsum urgentur, cujusmodi
 „ casum refert G. C. GAHRLIEP (x) de

(x) Misc. nat. cur. dec. 3 ann. 7 et 8 Obs. 141.

rustico 60 annorum, qui a represso intempestive catarrho incidit in immensos unius alteriusve anni dolores frontis ad glabellam, in ozœnam demum migrantes, qui neglecti primum, dein ingravescentes omnia eludere præsidia; donec vaporem herbarum quarundam decoctarum in nares admisit, a quo aliquamdiu continuato larga hæmorrhagia oborta, simulque plurimi tarmites vivaces, quales a muscis in carnibus ova ponentibus generantur, exciderunt: quibus excretis mox omni cessante dolore æger convaluit.

3. *Fumi* quoque anthelmintici narium cavo immisi prolexisse hos vermes fuere observati. Sic H. BOERHAAVIO (y) referente „ Roterodami terribile in puella exemplum existit, cui omnes 6 sinus pituitarii vermibus pleni fuerunt, qui de hora in horam crescebant. Hanc sanavi fumo leviori cinnabarino, et tabacci cum aqua decocto, per nares attracto, quo continuo coegi

(y) Prælect. acad. in propr. instit. rei med. c. u. HALLERI T. 6 ad §. 792 p. m. 112,

„ animalia , ut de naribus desilirent „
 Eundem res successum habuit in F.
 HILDESHEIMII (z) seruo 23 anno-
 rum , qui saepe ebrius uoctu in gramine
 fomuo captus , et vice quadam cum
 eqvo in paludem lapsus , ibiqve ni
 subventum ei fuisset , suffocandus , ab-
 hinc in exquiritissimum sincipitis incidit
 dolorem , quasi aliquid cerebrum ei ero-
 deret , vellicaretqve . In abdomine etiam
 gravitatem et motum sentiebat , ut nec
 ambulare nec quiescere posset . Datis
 primum cathartics cum anthelmintics
 excrevit animantis genus rotundum ,
 nigricans , caudatum , simile ranulis a-
 quaticis rotundis nigris , in magna co-
 pia , cautharum fere plenum , cum col-
 luvie humorum ; unde in abdomine le-
 vamen sentit , nec quidquam insectorum
 porro ab ulterioribus remediis alvo ex-
 crevit . At in sincipite vehementiorem
 coepit inde sentire motum et crucia-
 tum . Idcirco praeter emplastrum fron-
 ti applicitum praescriptus tumor naribus
 admittendus :

(z) Spicil. de cerebr. et capit. morbis interna.
 Spicil. I. p. 41.

- ℞. ♂ centaur min.
 — marrub.
 — beton. aa ʒij
 — zedoar. ʒʒ
 — angelicæ ʒij
 — succini ʒj
 — ♂ ii crudi ʒj
 — Minii ʒʒʒ
 — Boli armen. ʒj
 — Aristol. rot. ʒij
 — Absinth. ʒiiij. M. F. ♂ gros-

sus pro fumo : quem cum ter qvaterve immisisset, 13 vermes oblongi, vivi, lanuginosi, instar erucarum seu oniscorum auricularium dictorum per fauces, nares, et aures prodire, quos æger digitis prehensos extraxit. Ulterius continuato fumo nulli amplius exiere; dolor sincipitis multum, at non ex toto, mitigatus. Post bimestre 2 iterum vermes excreti, prioribus minores; ab hinc vero nulli amplius, licet et dolor superesset, et fumus continuatus fuerit. Tandem sesquvianno post æger peste interiit, toto hoc morbo de iugenti capitis cruciatu conqvesus, donec phreniticus obiit.

4. *Litus* etiam externi faciei vel frontis, vel acustica auri infusa opem

tulisse feruntur. J. F. HERTODII (a)
 „ puella . . . cum longo tempore diris
 „ capitis doloribus vexaretur, qui ad au-
 „ rem dextram, maxillam totam, et den-
 „ tes ejusdem lateris se se extenderent,
 „ ac infomnis per plures dies et no-
 „ ctes ad insaniam usque maneret, fa-
 „ ciem totam inunxit oleo chamomil-
 „ læ, et aliquot guttas ejusdem olei
 „ in aurem immisit ; qua inunctione
 „ dolor aliquo modo fuit confopitus,
 „ ut somnum utcunqve caperet. Ma-
 „ ne dum os aqua frigida elueret, su-
 „ perveniente sternutatione per nares
 „ vermem in pelvim rejecit, bombyci
 „ non abfimilem, multipedem, $\frac{1}{2}$ di-
 „ giti longum, moxqve ab omni do-
 „ lore liberata est. Vixit vermis ali-
 „ quot horis, a pluribus visus et con-
 „ sideratus „. Simile est, quod refert
 MALOET (b) de milite, triennium
 atroces in læva radicis nasi dolores pas-
 so, qui oculum quoqve, non sine ejus
 pessumdandi periculo, attigere. Cum-
 que aures etiam ionarent, amygdala-

(a) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 2. obs. 147.

(b) Act. Paris. A. 1733 p. 34 (v. STEIN-
 WELER T. 8 p. 432.),

rum oleum auri guttatim infundit. Post biduum oborta nasi titillatione, sternutandique conatu aliquid intra nares hæ-
rere sensit, quod digito extractum ver-
mis esse conspectus e julorum profapia,
qui 5 dies vixit: miles vero omni do-
lore liberatus. At enim vero haud
ubique eundem hætenus dicta remedia
succesum habuere, ita ut efficaciori-
bus opus fuerit interdum præsiidiis chi-
rurgicis. Unde si huc usque enarrata
remedia nil opis tulerint,

5. *Operatio manualis* superest, ea-
que pro re nata varia. Subinde vol-
fella tenaculumve sufficit; qua vermis
capite caudave intra narem conspicuus
prehensus educi se se finit. Sic L.
FÖCKE apud J. F. HENCKELIUM (c)
refert puellæ 24 annorum post diutinum
putridum narium fœtorem et aliquot
hebdomadam cephalalgiam fœtidum læ-
va ex nare humorem in 3 hebdoma-
des manasse; quo malo neglecto læva
capitis pars repente admodum intumuit,
ægra per nares non amplius spirare
valente. Accitus auctoris pater in læ-
væ naris postico numerosos vermicu-

(c) Med. u. chir. Anmerk. 5e Samml. No 6
p. 28 sq.

los palatumque ferme peresum conspicatus est, multos ibi, ut et in ore, dolores puella persentiscente, simulque tunc aliquot in lingvæ radicem vermes inde sunt delapsi. Idcirco alium ex alio vermiculum tenaculo e sinistra nare protraxit, primo die eorum 13, altero 22, tertio 5, quarto tres; 14 autem in lingvam deciderant. Omnes albidi fuere, parvo nigroque præditi capite, multi illorum pollicem longi, calamumque crassi. Inde ulcus quotidianis decocti herbæ scordii injectionibus et applicata essentia myrrhæ et aloes depurabatur, ac placidissima extoliatione succedente puella ex toto convaluit.

P. BORELLUS (d) „ vidit . . . in naso multorum juvenum vermes nigro capite, qui tanquam aranæ in poris nostris latitant, et capita quandoque exserunt, tuncque vossellis eruuntur „. Alias vero non sine vulnere curatio peragitur. P. BORELLUS (e) feminæ meminit cephalæam passæ, cui post varia remedia nequidquam adhibita demum incisio cruciata

(d) Hist. et Obs. med. phys. Cent. 3 Obs. 45.

(e) Ibidem Cent. 1 Obs. 39,

instituenta fuit, qua latentes vermes reperti et exempti finem dolori fecere. Ambiguus autem est hicce casus; nisi enim externa ossis frontis tabula carie fuerit pessumdata, haud video, qui sola integumentorum incisio vermes continuo visendos præbuerit? At quam diu integrum est os frontis, nihil id genus incisio emolumenti attert, solaque tunc locum sibi vindicat *trepanatio* externæ ossis frontalis tabulæ. „ Sic „ et ego, inquit P. FORESTUS (*f*), „ quemdam novi lue Gallica aliquando infectum, qui cum probe curatus esset, tamen longo et diuturno capitis dolore cum affligeretur, nec ullis remediis dolor ille curari posset, tandem Bononiæ, ubi tunc agebam, cranium per chirurgum expertissimum in frontis parte superiori, in qua dolor hærebat, apertum est, ac sub eo inventum super duram matrem... nigriusculum quid iustar curtulionis... Qui vermis cum ablatuisset, dolor iste capitis miraculi instar cessavit, neque amplius rediit, ut æger ipse nobis narravit „ Vide-

(*f*) l. c. L. 9 Schol. ad Obf. 2.

tur autem FORESTO pituitaria membrana colore suo imposuisse, quæ sinus frontales investit, ut pro dura meninge haberetur. Satis enim hodie conitat, quam parum sit observationibus de vermibus intra cranium repertis tribuendum. Videtur et LITTRIUS (g) hanc ipsam svalisse hic operationem, dum si nihil alia omnia auxilia prodesse, ad chirurgiam denique nec difficilem nec periculosam in osse frontis deveniendum esse ait. „ Non dubito „ autem, inquit J. B. MORGAGNI- „ US (h), quin eandem intellexerit, „ qua olim usum esse CÆSAREM MA- „ GATUM de VALLISNERIO audi- „ vi, nempe terebrato usque ad si- „ num osse, et verme, quem inesse prædixerat, magna cum adstantium „ admiratione educto, sicque dolore, „ adversus quem irrita alia omnia fue- „ rant, feliciter abacto. Quam si cu- „ rationem ... ex auctoris inedito scrip- „ to VALLISNERIUS protulisset, il- „ lud fortasse inter cetera scitu non „ indignum novissem, an quæ felicitas

(g) l. c.

(h) De sedib. et caus. morbor. Epist. 1 No 91

„ in dolore tollendo fuit , eadem in
 „ referato sinu claudendo effet consecuta.
 „ Qvam difficile enim id perficiatur ,
 „ animadvertit C. CELSUS (i),
 „ et post eum chirurgi a PALFINIO (k)
 „ laudati : difficultatis autem causas ,
 „ et graves a sinu haud occluso noxas
 „ idem PALFINIUS et . . . N. ROSE-
 „ NIUS (l) adnotarunt „

(i) De medicina L. 8 C. 4.

(k) Anat. du Corps hum. L. 2 Tr. 4 Ch. 15.

(l) Diff. de oss. calvar. P. 1 No 28.



SYLLABUS AUCTORUM.

- | | |
|--|--|
| <p>A &. nat. cur. 46.
49.
A&. nov. nat. cur.
47. 53.
A&. Paris. 5. 42. 58.
Angelinus 21.
Annales Wratisl. 22
Avicenna 16.
Bartholinus 16. 17.
18. 22. 42.
Behr 46.
Behrends 52
Benivenius 20.
Blancard 20. 22. 51.
Blegny 20.
Bæhmius 23.
Bærhaave 55.
Borellus 60.
Bruckmann 5.
Celsus 63.
Comment. v. Edinb.
2.
Commerc. Nor. 5.
27.
Pegner 22.
Ernst 23.</p> | <p>Fehr 31
Fernelius 17.
Forestus 37. 61.
Gahrlied 54.
Haller 16. 55.
Harder 29.
Henckel 49. 59.
Hertod 58.
Hildanus 26.
Hildesheim 56.
Hill 2. 49.
Hollerius 16.
Honold 16.
Kerckringius 29.
Krampher 51.
Langelottus 42.
Lanzouus 19.
Lindern 42.
Littre 5. 42. 62.
Magatus 62.
Maloet 58.
Misc. nat. cur. 16.
19. 21. 23. 41.
43. 54. 58.
Monardes 52.
Mouro 2.</p> |
|--|--|

THESES.

I.

Diverſa medendi methodus in eodem morbo non tantum non probat artis incertitudinem, ſed quandoque eſt neceſſaria.

II.

Cortex peruvianus in febribus intermittentibus aliquando plus. damnum quam emolumenti adfert.

III.

Veſicantia in ophthalmiis etſi Boerhaave metuat, ſunt remedium ſæpe ſaluberrimum.

IV.

Nulla inter peripneumoniam et pleuritidem eſt diverſitas juxta Recentiorum obſervata.

V.

Non omnia exanthemata Hippocratis ævo fuere nota.

VI.

Caput obſtipum a ligamento quodam præternaturali ortum, ut Roonhuyſius aſſerit, nondum vera fide probari potuit.

VII.

Hystericis non raro omnia nervina antispasmodica morbum exaſperant.

VIII.

Ignis interdum bonum remedium eſt contra inflammationes, uti et frictiones.

Moor 43.
Morgagnius 62.
Musgrave 5.
Palfu 63.
Patinus 18.
Paullini 43.
Plenciz 32.
de Pozzis 41.
Qvelmalz 27.
Razoux 37.
Reaumurius 38.
Ronffeus 20.
Rosenius 63.
Roux 37.
Salzmann 16. 36.
40. 42. 44.

Trincavella 21.
Tulpius 21.
Vallisnerius 62.
Varro 8.
Verzascha 47.
Weikard 24.
Wohlfahrt 53.
Schaarschmidt 52.
Schmid 16.
Schneider 24.
Steinwehr 42. 58.
Trans. Phil. 5.
Zacharides 47.
Zacutus 7.



